



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Amor Deiparæ Virginis Mariæ; Petri Antonii Spinelli
Neapol. Societ. Iesv**

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1620

Exempla eorum, qui peculiare preces Deiparæ offerre consueuerunt, nu.
16.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60948](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60948)

Ad secundum ora, vt sicut filius Dei secundum suæ inscrutabilis sapientiæ præualentiam, scientia, & intellectu me artificiosissimè decorauit, & totam repleuit, vt super omnes Sanctos maiori cognitione fruar beatissima Trinitate, & qui me tanta claritate perlustrauit, vt velut Sol radians in virtute, totum cœlum illuminem: ita in hora mortis animam tuam lumine fidei, & cognitionis profundam, ne fides tua ignorantia, aut aliquo errore tentetur.

Ad tertium ora, vt sicut Spiritus sanctus suauitatem sui amoris plene mihi infudit, & tam suauissimam, & mitissimam effecit, vt post Deum benignissima, & dulcissima sim; ita ad sim tibi in hora mortis infundendo animæ tuæ suauitatem diuini amoris, qui in tantum præualeat in te, vt omnis pœna, & mortis amaritudo ex amore tibi sit præsuauis. hæc apud S. Mechtildem.

EXEMPLA EORVM, QVI PECULIARES preces Deiparæ offerre consueuerunt.

16 **N**unc subiicienda sunt exempla aliorum, quot iisdem ferè auctorum verbis, breuitatis tamen studio interdum in

in

in pauca collatis, quorum iudicio Deipara eiusmodi precibus, ac præsertim salutatione Angelica miraculis editis maximopere se delectari ostendit.

I.

S. Bernardini Senensis pietas assidua erga Deiparam.

S. Bernardinus Senensis adhuc in seculari habitu degens ad imaginem B. Virginis elegantissimã, depictã supra portã vrbis Senensis, quę Camollia dicitur, quotidie multis annis nudis genibus piissimas offerebat preces, quemadmodum legimus in vita eiusdem. quare mirum non est eum castitatem ab omni labe puram integramq; seruasse, & à Virgine consecutum, vt cum iam Ordinem Minorum complexus celeberrimus esset Concionator: de ea deuotissimè, ac crebriò concionaretur. Eius rei testes sunt sanctissimi hominis de Virgine nominus piæ, quam doctæ conciones, quę impressæ habentur, quas que nos sæpe in hoc opere citauimus.

II.

S. Antoninus Casariensis.

Salve Regina quãna canens quidam à tonitruorum, ac fulminum timore liberatur.

De Antiphona *Salve Regina* quã grata sit Virgini, præter id, quod hac de re affert S. Antoninus 3. part. tit. 23. cap. 3. §. 1. narrat Casarius lib. 7. cap. 30. Sacerdotem quendam, qui eandem Antiphonam *Salve Regina* identidem dicebat à timore tonitruorum, ac fulminum, quibus nimis terrebatur, liberatum fuisse meritis Deiparæ, quæ ei ad altare

oranti

oranti apparuit, sicque cum est allocu-
ta, qui Antiphonam *Salve Regina* liben-
ter, ac frequenter decantas, nunquam
tonitrua, neq; fulmina, quorum timore
sapius affigeris, te lædent, & ex eo tem-
pore liberatum se sensit.

Vir quidam nobilis quoniam bonis
operibus studiosè vacabat; & oratio-
nem illam, cuius initium est: *O Inteme-
rata*, in honorem beatissimæ Virginis, &
sancti Ioannis Euangelistæ quotidie re-
citabat, seruatus est à dæmone, qui serui
famulantis habitum, formamque susce-
perat, vt eum à via veritatis auerteret, &
si posset etiam contrucidaret. Verum à
sancto quodam Episcopo deprehensus
est. mox tota re patefacta, fraudeq; fru-
stratus sua, euauit. Vincentius libro 7.
spec. hist. cap. 101.

III.

Per ora-
tionem, O
Intemera-
ta, &c.
quidam à
dæmone li-
beratur.

Beluacen.

EXEMPLA DE SALVTA-
tione Angelica.

17 **B**EATVS Albertus Monachus Cri-
spiniensis Monasterij, qui circa
annum Dorcini 1140. floruit, præter
Psalterium Dauidicum, quod recitabat,
cæties per diem flectebat genua, & quin-
quagies, prostrato quidem corpore, sed
articulis, & digitis subleuato, ad vnam
quam-

I.

B. Albert.

Q

Dei-
certim
editis
in sa-
m B.
supra
a dici-
enib;
dmo-
re mi-
nula-
à Vir-
linem
us ef-
ne, ac
testes
e non
s, que
epè in
quàm
d hac
it 23.
p. 30.
An-
dice-
num,
cum
altare
oranti